



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Brvnoni Archiepiscopo, majori Decano & magistro H. Scholastico sancti
Gereonis Coloniensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

præsertim cùm in ea de relaxatione pecuniæ sibi
testamento legata nulla mentio habeatur. Datum
Romæ,

*Scriptum est super hoc in eundem ferè modum alios
Episcopos & magnatibus regni Anglie, ut ipsum
Regem ad hoc moneant & inducent, & ipsi etiam
Regi Ottoni, sicut habent caram gratiam divinam
& Domini Papa, ac regni sui diligunt commodum
& honorem, studiant subvenire. Datum ut supra.*

*IL V L S T R I REGI OTTONI IN
Romanorum Imperatorem electo.*

Epiſt. 133.

Venientem ad apostolicam sedem venerabilem fratrem nostrum Cameracensem Episcopum benignè recepimus, & ea quæ nobis proponuit notavimus diligenter. Licet autem idem Episcopus, cùm ad te Domino duce redierit, non solum de proposito nostro, verum etiam de statu imperij te possit reddere certiorum, ut tamen interim nullius astuta malignitas circumvenire te possit, serenitatem tuam præsentibus litteris præminimus, reddentes te de gratia nostra plenè securum, quam velut columnam immobilem semper invariabilem comprobasti. Quocirca prudentiam tuam, cuius fortitudinem & constitiam apud nos idem Episcopus multipliciter commendavit, monemus & exhortamur attentiūs quatenus nec adversitates te frangant, nec suggestiones seduant, quò minus ad sublimationem tuam prudenter intendas, ad quam nos intendimus diligenter, ut ad suscipiendam coronam imperij valeas feliciter pervenire. Datum Romæ &c.

EBORACENSI ARCHIEPISCOPO.

Epiſt. 134.

Si eximia facta progenitorum tuorum, quibus multimodæ laudis titulo renitebant, sedula meditatione discutias, si qualiter per insignia gesta suam dilataverint famam & regiam domus ampliaverint decus subtiliter perscrutaris, ad imitandum eos totis te convenienti viribus laborare, ut per ostensionem operum sectator ipsorum merito compröberis. Nam arbor à fructu cognoscitur, & clarum heredem opera clara depingunt. Cùm itaque carissimus in Christo filius noster illustris Rex Otto nepos tuus tuo & aliorum consanguineorum suorum adminiculo ad præfens indigeat, miramur non modicum & movemur quòd ita tepidus & remissus haec tenus extitit quid nullum vel modicum ei curasti subventionis vel favoris auxilium exhibere; cuius negorium si ad optatum perducatur effectum, quantum honoris & gloria tibi & carissimo in Christo filio nostro Iohanni Regi Anglorum illustri ac regno ejus accrescat, quantumque regalis regia super hoc facto debeat resforere, non est opus litteris explicate; cùm, si prudenter attendas, ipsa rei evidenter mentis oculis proximus enitefaciat. Illud enim inter cetera deberette ad id inducere vehementer, quòd si præfato Regi in hujus temporis articulo adesse curaveris ac favorem tuum efficaciter impetrari, menti suæ inextri-cabiliter infigetur; quoniam in necessitate probatur amicus, & qui verè diligit, per experientiam operis comprobatur. Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus attentiūs, &

per apostolica tibi scripta præcipiendo manda-mus quatenus, sicut caram habes gratiam divinam & nostram, & proptimum diligis commo-dum & honorem, præfato Regi negotio tuo opem efficacem impendas, & de tuis non prætermit-tas tam hilariter quam liberaliter subvenire; ut ejus honor in tuum cedat honorem, & ipsius prefectus in tuam possit gloriam redundare. Datum Romæ.

*BRVNNONI ARCHIEPISCOPO,
majori Decano & magistro H. Scholastico
sancti Geronis Colonensis.*

Cum inter cetera documenta fidei Chri-stianæ nihil sit glorioius quam fidem illibatam servare, miramur admodum nec imme-ritò commovemur quòd venerabilis frater no-ster Monasteriensis Episcopus, de cuius meriti virtutis exempla deberent ad alios derivati, juramentum quod præstisit carissimo in Christo filio nostro illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem electo, quòd ei potenter & pa-tenter deberet adesse, dissimulare videtur, nec considerat quòd si sal evanescit in ipso, ad nihilum valet ultra nisi ut foras mittatur & ab hominibus conculcetur, & si caput sit languidum, subiecta membra salutis propria reddat robore destituta. Volentes igitur quod ab eodem Episcopo temerè præsumptum est in melius emendari, mandamus quatenus eundem Episcopum ut prætermis quibuscumque obli-gationibus impetratis ad servandum juramen-tum præfato Regi exhibitum sollicitis monitis induceat studeatis. Quòd si ad communionem vestram idem Episcopus quod præmissum est adimplere forte noluerit, vos cum ad id per distinctionem ecclesiasticam sublatu appellatio-nis obstaculo compellatis. Datum ut supra.

*In eundem modum scriptum est eisdem iudicibus
contra Osnaburgensem Episcopum.*

*SCRIPTV M PHILIPPPI
ad Dominum Papam.*

Scriptum est & multiplici utriusque testamenti au-to-ritate posse probari credimus quoniam in manu me diaeori Dei & hominum sunt omnium potestates & iuris regorum. Ipse enim altissimus Dominus & Rex caeli & terræ, cui voluerit & quando voluerit dabit illud. Equidem ipse mutat regna, & transfeat & curvat imperia. A plena norita veltra, Pater facilius, minimè credimus alienum quid factum sit Romano imperio divina permis-sione sic ab æterno prævul & præordinatum. Scit sat prudens vestra qualiter post mortem dilecti Domini ac frarum nostri Henrici Romanorum Imperatoris Augu-sti turbatum fuerit imperium, & multis turbacionum incur-sibus non minus mirabiliter quam miserabilitate lacerati ceperit & agitati, & per omnes angulos & fines suos ita concuti ut a prudentibus non immerito desperatis posset ipsum Romanum imperium diebus nostris in pristinum statum nunquam posse reformati, cùm quilibet jam sine judice viveret & sine lege, & quicquid librum foret, fa-ceret pro moro & arbitrio sua voluntatis. Nos inter hac malorum initia, ut vobis constat, in Tuscia sumus con-stituti, ab inde revertentes in Alamanniam non sine periculo & labore; & tunc totam Theutonię minùs bene dis-positionam reperimus & inordinatam. Qualiter demum, Pater reverende, nos animum concepimus ad obtemperandum Romanum imperium per justam Principum electionem cum pura simplicitate & simplici veritate sub testimonio illius qui secrerorum securatos est, & cui omnia nuda sunt & aperta, vobis duximus significandum, nihil falsi-tatis admiscentes, nec subterfahrentes aliquid veritati. Sciat igitur

Epiſt. 135.